Mythologia, Francfort, 1581 - X [51] : De Faunis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - X [51] : De Faunis

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 09 : De Faunis *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [51] : Des Faunes *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [51] : Des Faunes *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - X [51] : De Faunis, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6107

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8

Langue(s)Latin
Paginationp. 1047

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesFaunes
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6107?context=pdf

phiæ artifices:ſed etiam alios ex Diis potẽtia & autoritate aliis præſtare crediderunt,ita vt vnus Iupiter rebus omnibus ac dæmonibus præeſſet,alij dæmones imperia in certa vel loca vel negotia obtinerent,qui & ipſi alios inferiores dęmones haberent miniſtros. Sic igitur Sileni Bacchum,vt miniſtri, ſequebantur: qui cùm Bacchus eſſet Sol creditus, Sileni vires ſolis erant animalibus perutiles.

Ethicè.

Ebrietatis turpitudinem præterea ante oculos proponentes,Silenum vini ſcilicet vini & ebrij hominis formam,expreſſerunt. Illum igitur ventricoſum,& ſenem,& vſq; titubantem finxerunt, quòd hæc omnia vinum & ebrietas efficiat. Nam qui plus voluptatibus, quàm natura poſtulet,tribuerit,is & in pręſenti & in poſterum corpus & animum omnibus rebus vel vtilibus vel honorificis inutilem reddit. Quare propoſitis his incommodis maiores per hæc figmenta ab immoderato vini vſu,& ab omni è vino naſcente turpitudine deterrebant.

De Faunis.

Vt verò retinerentur homines in officio,omneſque forent probitatis & integritatis ſtudioſi,& Faunos,& Syluanum,& Oreades nymphas antiqui ſapientes excogitarunt, qui vbique paſtoribus & agricolis pręſto eſſent,agreſtiumque calamitates aliquantulum ſubleuarent: nam cùm nihil in agris,vel in ſyluis,vel in denſis montium nemoribus non præſente vbique Deo cõmitti liceret;mox additum fuit illi opinioni,viros bonos laborantes nullo in loco à diuina clementia negligi,ſed vbique ſubleuari:quippe cùm neque arborum neque pecudum fœtus poſſent ſine diuina cuſtodia conſeruari aut augeri.

De Nymphis.

Sed quoniam nulla res eſt, quæ tota ſit vtilis,cùm neque ciborum maior pars in vtilitatem corporis conuertatur,neque tota materia aquæ gignendis animalibus ſit vtilis, cùm alia pars in fœtum,alia in eius nutrimentum abſumatur, vt patet in ouis præcipuè, vires illas ſeminis,aut aquæ,ex quibus ſit generatio,Nympharum nomine appellarunt. quare dictæ ſunt Nymphæ fructiferæ, & homines atque animalia omnia nutrire,& paſtorum Deæ, præſideſque pratorum vocatæ ſunt. Sic igitur per has materiam propriam ſingulis rebus naturalibus ſubiici,ſignificabant.

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6107?context=pdf